

CANTUS PASSIONIS

DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI SECUNDUM MATTHÆUM,
MARCUM, LUCAM ET JOANNEM


N° 10 (III)

SYNAGOGA

CANTUS PASSIONIS

DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI SECUNDUM MATTHÆUM,
MARCUM, LUCAM ET JOANNEM

EX EDITIONE VATICANA ADAMUSSIM EXCERPTUS
ET RHYTHMICIS SIGNIS A SOLESMENSIBUS MONACHIS
DILIGENTER ORNATUS



TYPIS SOCIETATIS S. JOANNIS EVANGELISTÆ

DESCLÉE ET SOCH

S. Sedis Apostolicæ et Sacrorum Rituum Congregationis Typographi

PARISIIS, TORNACI, ROMÆ, NEO-EBORACI

1953

Concordat cum editione authentica originali.

IMPRIMATUR.

Tornaci, die 26 Novembris 1953.

✠ JULIUS LECOUVET, Vic. Gen.

Omnia jura vindicabimus tam in universam nostram excogitandi scribendique rhythmum rationem quam in carmina quæ non inveniuntur in vaticana editione sed ex Solesmensibus libris excerpta sunt.

DESCLÉE ET SOCII

Copyright 1929 by DESCLÉE & Co., Paris.


PRÆNOTANDA

(E Rubricis Missalis Romani)

Passio Domini incipitur absolute : non dicitur **Mundacor meum**, non petitur benedictio, non deferuntur luminaria, nec incensum : non dicitur **Dóminus vobiscum**, nec respondetur **Glória tibi, Dómine** : et Celebrans, seu Diaconus, dum pronuntiat **Pássio Dómini nostri**, non signat librum, neque seipsum. Quod et in aliis diebus servatur, quando legitur **Passio**.

DOMINICA IN PALMIS

Passio Dómini nostri Jesu Christi secúndum Mattháeum. In illo témpore : dixit Jesus discípulis suis : ✠ Scitis quia post bíduum Pascha fiet, et Fílius hóminis tradétur ut crucifigátur? C. Tunc congregáti sunt príncipes sacerdotum, et senióres pópuli in átrium príncipis sacerdotum, qui dicebátur Cáiphas : et consílium fecérunt ut Jesum dolo tenérent, et occíderent. Dicébant autem :




(1)

ON in di- e fe- sto, ne
for- te tumúl- tus fí- e- ret in
pó- pu- lo.

C. Cum autem Jesus esset in Bethánia in domo Simónis leprósi, accéssit ad eum múlier habens alabástrum unguénti pretiósí, et effúdit super caput ipsíus recumbéntis. Vidéntes autem discípuli, indignáti sunt, dicéntes :


S. Ut quid perdí- ti- o hæc? pó- tu- it e- nim i- stud ve- núm- da- ri mul-

(1) Notula ista quæ « custos » dicitur, post clavem posita est, ut singuli cantores facilius tonum convenientem invenire possint.




to, et da-ri paupé-ri-bus.

C. Sciens autem Jesus, ait illis : ✠ Quid molésti estis huic mulieri? opus enim bonum operáta est in me. Nam semper páuperes habétis vobíscum : me autem non semper habétis. Mittens enim hæc unguéntum hoc in corpus meum, ad sepeliéndum me fecit. Amen dico vobis, ubicúmque prædicátum fúerit hoc Evangélium in toto mundo, dicétur et quod hæc fecit in memóriam ejus. C. Tunc ábiit unus de duódecim, qui dicebátur Judas Iscariótes, ad príncipes sacerdotum, et ait illis :



S. Quid vul-tis mi-hi da-re, et e-go vo-bis e-um tra-dam?


C. At illi constituérunt ei trigínta argénteos. Et exínde quærébat oppor-tunitátem ut eum tráderet. Prima autem die azymórum accessérunt discípli ad Jesum, dicéntes :



S. U-bi vis pa-rémus ti-bi comé-de-re pascha?

C. At Jesus dixit : ✠ Ite in civitátem ad quemdam, et dícite ei : Magíster dicit : Tempus meum prope est, apud te fácio pascha cum discíplis meis. C. Et fecérunt discípli, sicut constituit illis Jesus, et paravérunt pascha. Véspere autem facto, discumbébat cum duódecim discíplis suis. Et edéntibus illis, dixit :


✠ Amen dico vobis, quia unus vestrum me traditúrus est. C. Et contristáti valde, coepérunt sínguli dícere :



S. Numquid e-go sum, Dó-mi-ne?


C. At ipse respóndens, ait : ✠ Qui intíngit mecum manum in parópside, hic me tradet. Fílius quidem hóminis vadit, sicut scriptum est de illo : vae autem hómini illi, per quem Fílius hóminis tradétur : bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille.

C. Respóndens autem Judas, qui trádedit eum, dixit :




S. Numquid e-go sum, Rabbi?

C. Ait illi : ✠ Tu dixísti. C. Coenántibus autem eis, accépit Jesus panem, et benedíxit, ac fregit, dedítque discípu- lis suis, et ait : ✠ Accípite, et comédite : hoc est corpus meum. C. Et accípiens cálicem, grátias egit : et dedit illis, dicens : ✠ Bíbite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus novi testaménti, qui pro multis effundétur in remissiónem peccatórum. Dico autem vobis : non bibam ámodo de hoc genímine vitis, usque in diem illum, cum illud bibam vobíscum novum in regno Patris mei. C. Et hymno dicto, exiérunt in montem Olivéti. Tunc dicit illis Jesus : ✠ Omnes vos scándalum patiémini in me, in ista nocte. Scriptum est enim : Percútiam pastórem, et dispergéntur oves gregis. Postquam autem resurréxero, præcédam vos in Galiléam. C. Respóndens autem Petrus, ait illi :




S. Et si omnes scanda- li- zá- ti fú- e- rint in te, e-go numquam scan-




da- li- zá- bor.

C. Ait illi Jesus : ✠ Amen dico tibi, quia in hac nocte, ántequam gallus cantet, ter me negábis. C. Ait illi Petrus :




S. Et- i- am si o- por- tú- e- rit me mo- ri te- cum, non te ne- gá- bo.

C. Simíliter et omnes discípuli dixerunt. Tunc venit Jesus cum illis in villam, quæ dicitur Gethsémani, et dixit discíplis suis : ✠ Sedéte hic, donec vadam illuc, et orem. C. Et assúmpto Petro, et duóbús fíliis Zebedæi, cœpit contristári, et mœstus esse. Tunc ait illis : ✠ Tristis est ánima mea usque ad mortem : sustinéte hic, et vigiláte mecum. C. Et progréssus pusíllum, prócidit in fáciem suam, orans, et dicens : ✠ Pater mi, si possíbile est, tránseat a me calix iste. Verúmtamen non sicut ego volo, sed sicut tu. C. Et venit ad discíulos suos, et invénit eos dormiéntes : et dicit Petro : ✠ Sic non potuístis una hora vigiláre mecum? Vigiláte, et oráte, ut non intrétis in tentatióne. Spíritus quidem promptus est, caro autem infirma. C. Iterum secúndo ábiit, et orávit, dicens : ✠ Pater mi, si non potest hic calix transíre, nisi bibam illum, fiat volúntas tua. C. Et venit íterum, et invénit eos dormiéntes : erant enim óculi eórum graváti. Et relíctis illis, íterum ábiit, et orávit tértio, eúmdem sermónem dicens. Tunc venit ad discíulos suos, et dícit illis : ✠ Dormíte jam, et requiésce : ecce appropinquávit hora, et Fílius hóminis tradétur in manus peccatórum. Súrgite, eámus : ecce appropinquávit qui me tradet. C. Adhuc eo loquénte, ecce Judas unus de duódecim venit, et cum eo turba multa cum gládiis, et fústibus, missi a princípibus sacerdotum, et senióribus pópuli. Qui autem trádidit eum, dedit illis signum, dicens :



S. Quemcúmque oscu- lá- tus fú- e- ro, ipse est, te- né- te e- um.

C. Et conféstim accédens ad Jesum, dixit :




S. A-ve, Rabbi.


C. Et osculátus est eum. Dixítque illi Jesus : ✠ Amíce, ad quid venísti?

C. Tunc accessérunt, et manus inyecérunt in Jesum, et tenuérunt eum. Et ecce unus ex his, qui erant cum Jesu, exténdens manum, exémit gládium suum, et percútiens servum princípis sacerdotum, amputávit aurículam ejus. Tunc ait illi Jesus : ✠ Convérte gládium tuum in locum suum. Omnes enim, qui accéperint gládium, gládio períbunt. An putas, quia non possum rogáre Patrem meum, et exhibébit mihi modo plus quam duódecim legiónes Angelórum? Quómodo ergo implebúntur Scriptúræ, quia sic opórtet fíeri? C. In illa hora dixit Jesus turbis : ✠ Tamquam ad latrónem existis cum gládiis, et fústibus

comprehendere me : quotidie apud vos sedebam docens in templo, et non me tenuistis. C. Hoc autem totum factum est, ut adimplerentur Scripturae Prophetarum. Tunc discipuli omnes, relicto eo, fugerunt. At illi tenentes Jesum, duxerunt ad Caiapham principem sacerdotum, ubi scribae, et seniores convenerant. Petrus autem sequebatur eum a longe, usque in atrium principis sacerdotum. Et ingressus intro, sedebat cum ministris, ut videret finem. Principes autem sacerdotum, et omne concilium, quaerebant falsum testimonium contra Jesum, ut eum morti traderent : et non invenerunt, cum multi falsi testes accessissent. Novissime autem venerunt duo falsi testes, et dixerunt :




S. Hic dixit : Possum destrui e-re templum Dei, et post triduum




re-aedificare illud.

C. Et surgens princeps sacerdotum, ait illi :




S. Nichil respondes ad ea, quae isti adversum te testificantur?

C. Jesus autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi :




S. Adjuro te per Deum vivum, ut dicas nobis, si tu es Christus




Filius Dei.

C. Dicit illi Jesus : ✠ Tu dixisti. Verúmtamen dico vobis, ámodo vidébitis Fílium hóminis sedéntem a dextris virtútis Dei, et veniéntem in núbibus cæli.
C. Tunc princeps sacerdotum scidit vestiménta sua, dicens :




S. Blasphe-má-vit : quid adhuc e-gémus té-sti-bus? Ecce nunc audí-stis




blasphé-mi- am : quid vo-bis vi-dé-tur?

C. At illi respondéntes dixerunt :




S. Re- us est mor-tis.

C. Tunc exspuérunt in fáciem ejus, et cólaphis eum cecidérunt, álii autem palmas in fáciem ejus dedérunt, dicéntes :




S. Prophe- tí- za no-bis, Chri-ste, quis est qui te percús-sit?

C. Petrus vero sedébat foris in átrio : et accéssit ad eum una ancílla, dicens :




S. Et tu cum Je-su Ga-li-læ-o e-ras.

C. At ille negávit coram ómnibus, dicens :




S. Né-sci- o quid di- cis.

C. Exeunte autem illo januam, vidit eum alia ancilla, et ait his, qui erant ibi :




S. Et hic e-rat cum Je-su Na-za-ré-no.

C. Et iterum negavit cum juramento : Quia non novi hominem. Et post pusillum accesserunt, qui stabant, et dixerunt Petro :




S. Ve-re et tu ex il-lis es : nam et loqué-la tu-a ma-ni-fé-stum




te fa-cit.

C. Tunc coepit detestari, et jurare quia non novisset hominem. Et continuo gallus cantavit. Et recordatus est Petrus verbi Jesu quod dixerat : Priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras, flevit amare. Mane autem facto, consilium inierunt omnes principes sacerdotum, et seniores populi adversus Jesum, ut eum morti traderent. Et vinctum adduxerunt eum, et tradiderunt Pontio Pilato praesidi. Tunc videns Judas, qui eum tradidit, quod damnatus esset; poenitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum et senioribus, dicens :




S. Peccá-vi, tra-dens sán-gui-nem justum.

C. At illi dixerunt :




S. Quid ad nos? Tu ví-de-ris.

C. Et projectis argenteis in templo, recessit : et abiens, laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt :




S. Non licet eos mittere in corbonam : quia pretium sanguinis est.

C. Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille, Haceldama, hoc est, ager sanguinis, usque in hodiernum diem. Tunc impletum est, quod dictum est per Jeremiam prophetam, dicentem : Et acceperunt triginta argenteos pretium appetiati, quem appetiaverunt a filiis Israel : et dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus. Jesus autem stetit ante praesidem, et interrogavit eum praeses, dicens :




S. Tu es Rex Iudaeorum?

C. Dicit illi Jesus : ✠ Tu dicis. C. Et cum accusaretur a principibus sacerdotum, et senioribus, nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus :




S. Non audis quanta adversum te dicunt testimonia?

C. Et non respondit ei ad ullum verbum, ita ut miraretur praeses vehementer. Per diem autem solennem consueverat praeses populo dimittere unum vincum, quem voluissent. Habebat autem tunc vincum insignem, qui dicebatur Barabbas. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus :



S. Quem vultis dimittam vobis : Barabbam, an Jesum, qui dicitur




tur Christus?

C. Sciébat enim, quod per invídiam tradidissent eum. Sedénte autem illo pro tribunáli, misit ad eum uxor ejus, dicens :




S. Ni-hil ti-bi, et justo il-li : mul-ta e-nim passa sum hó-di- e per




vi-sum propter e- um.

C. Príncipes autem sacerdotum, et senióres persuasérunt pópulis, ut péterent Barábbam, Jesum vero pérderent. Respóndens autem præses ait illis :




S. Quem vul-tis vo-bis de du- ó-bus di-mít-ti?

C. At illi dixérunt :




S. Ba- rábbam.

C. Dicit illis Pilátus :




S. Quid í-gi- tur fá- ci- am de Je-su, qui dí- ci- tur Chri-stus?

C. Dicunt omnes :




S. Cru- ci- fi- gá- tur.

C. Ait illis præsēs :




S. Quid e-nim ma-li fe-cit?

C. At illi magis clamábant, dicéntes :




S. Cru-ci-fi-gá-tur.

C. Videns autem Pilátus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret :
accépta aqua, lavit manus coram pópulo, dicens :




S. Inno-cens e-go sum a sángu-i-ne ju-sti hu-jus : vos vi-dé-ri-tis.

C. Et respóndens univérsus pópulus, dixit :



S. Sanguis e-jus su-per nos, et su-per fí-li-os nostros.


C. Tunc dimísit illis Barábbam : Jesum autem flagellátum trádedit eis,
ut crucifigerétur. Tunc mílites præsídís suscipiéntes Jesum in prætórium,
congregavérunt ad eum univérsam cohórtem : et exuéntes eum, chlámymdem
coccíneam circumdedérunt ei : et plecténtes corónam de spinis, posuérunt super
caput ejus, et arúndinem in délixtera ejus. Et genu flexo ante eum, illudébant ei,
dicéntes :



S. A-ve, Rex Ju-dæ-ó-rum.

C. Et exspuéntes in eum, accepérunt arúndinem, et percutiébant caput ejus.
Et postquam illusérunt ei, exuérunt eum chlámymde, et induérunt eum vestiméntis
ejus, et duxérunt eum ut crucifigerent. Exeúntes autem, invenérunt hómínem

Cyrenæum, nómine Simónem : hunc angariavérunt, ut tólleret crucem ejus. Et venérunt in locum, qui dicitur Gólgotha, quod est Calváriae locus. Et dedérunt ei vinum bíbere cum felle mixtum. Et cum gustásset, nóluit bíbere. Postquam autem crucifixérunt eum, divisérunt vestiménta ejus, sortem mitténtes : ut implerétur, quod dictum est per Prophétam, dicéntem : Divisérunt sibi vestiménta mea, et super vestem meam misérunt sortem. Et sedéntes, servábant eum. Et imposuérunt super caput ejus causam ipsíus scriptam : Hic est Jesus Rex Judæórum. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrónes : unus a dextris, et unus a sínistris. Prætereúntes autem blasphemábant eum, movéntes cápita sua, et dicéntes :




S. Vah, qui déstru- is templum De- i, et in trí-du- o il-lud re- æ-dí- fi-




cas : salva temet- ípsum. Si Fí- li- us De- i es, descénde de cru- ce.


C. Simíliter et príncipes sacerdotum illudéntes cum scribis et senióribus, dicébant :




S. A- li- os sal- vos fe- cit, se- ípsum non pot- est salvum fá- ce- re :



si Rex Is- ra- òl est, descéndat nunc de cru- ce, et cré- dimus e- i :




confí- dit in De- o : lí- be- ret nunc, si vult e- um; di- xit e- nim :




Qui- a Fí- li- us De- i sum.

C. Idípsum autem et latrónes, qui crucifíxi erant cum eo, impropérábant ei. A sexta autem hora ténebræ factæ sunt super univérsam terram usque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamávit Jesus voce magna, dicens : ✠ Eli, Eli, lamma sabactháni? C. Hoc est : ✠ Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquísti me? C. Quidam autem illic stantes, et audiéntes, dicébant :



S. E- lí- am vo- cat i- ste.

C. Et contínuo currens unus ex eis, accéptam spóngiam implévit acéto, et impósuit arúndini, et dabat ei bíbere. Céteri vero dicébant :




S. Si- ne, vi- de- ámus an vé- ní- at E- lí- as lí- be- rans e- um.

C. Jesus autem íterum clamans voce magna, emísit spíritum.

Hic genuflectitur, et pausatur aliquantulum.

Et ecce velum templi scissum est in duas partes a summo usque deórsum : et terra mota est, et petræ scissæ sunt, et monuménta apérta sunt : et multa córpora sanctórum, qui dormierant, surrexérunt. Et exeúntes de monuméntis post resurrectionem ejus, venérunt in sanctam civitátem, et apparuérunt multis. Centúrio autem, et qui cum eo erant, custodiéntes Jesum, viso terræmótu, et his, quæ fiébant, timuérunt valde, dicéntes :





S. Ve- re Fí- li- us De- i e- rat i- ste.

C. Erant autem ibi mulieres multæ a longe, quæ secútæ erant Jesum a Galiléa, ministrántes ei : inter quas erat María Magdaléne, et María Jacóbi, et Joseph mater, et mater filiórum Zebedæi. Cum autem sero factum esset, venit quidam homo dives ab Arimathæa, nómine Joseph, qui et ipse discípulus erat Jesu. Hic accéssit ad Pilátum, et pétiit corpus Jesu. Tunc Pilátus jussit reddi corpus. Et accépto córpore, Joseph invólvit illud in síndone munda. Et pósuit illud in monuménto suo novo, quod exciderat in petra. Et advólvit saxum magnum ad óstium monuménti, et ábiit. Erat autem ibi María Magdaléne, et áltera María, sedéntes contra sepúlchrum.

Hic dicitur Munda cor meum, petitur benedictio, defertur incensum sine luminari-
bus et incensatur liber : non dicitur Dóminus vobíscum, et Celebrans, aut Diaconus
non signat librum, neque seipsum : et quod sequitur, cantatur in tono Evangelii ¹: in
cujus fine Celebrans osculatur librum, et incensatur. Quæ omnia et in aliis Passionibus
servantur, præterquam Feria VI in Parasceve.


Tonus Evangelii, ad libitum.




L- TERA autem di- e, quæ est post Pa- rascé-




ven, conve- né- runt prin- ci- pes sa- cerdó- tum, et Pha- ri- sæ- i ad Pi- lá-




tum, di- cén- tes : Dó- mi- ne, re- cordá- ti sumus, qui- a



se- dúctor il- le di- xit adhuc vi- vens : Post tres di- es re- súr- gam.




Ju- be ergo custo- dí- ri se- púlchrum usque in di- em tér- ti- um :



ne for- te vé- ni- ant di- scí- pu- li e- jus, et fu- réntur e- um, et di- cant

¹ Tonus Evangelii is seligendus est qui habeat eundem Tenorem ac tonus Passionis; videlicet tonus qui primo aut secundo loco ponitur in Cantorino, juxta Editionem typicam Vaticanam; non vero is qui ibidem *Antiquior* declaratur.



ple- bi : Sur-ré- xit a mórtu- is : Et e- rit no-vís-si-mus
er-ror pe- jor pri- ó- re. A- it il- lis Pi- lá- tus :
Ha- bé- tis custó-di- am, i- te, custo-dí- te sic- ut sci- tis.
Il- li autem ab-e- úntes, mu-ni- é- runt se-púlchrum, signántes
lá-pi- dem, cum cu- stó- di- bus.


PARS ULTIMA PASSIONIS

IN TONO EVANGELII CANTANDA

ALTERA autem die, quæ est post Parascéven, convenérunt príncipes sacerdotum, et pharisæi ad Pilátum dicentes : Dómine, recordáti sumus, quia sedúctor ille dixit adhuc vivens : Post tres dies resúrgam. Jube ergo custodíri sepúlchrum usque in diem tertium : ne forte véniant discípuli

ejus, et furéntur eum, et dicant plebi : Surréxit a mórtuis : et erit novíssimus error peior prióre. Ait illis Pilátus : Habétiis custódiám, ite, custodíte sicut scitiis. Illi autem abeúntes, muniérunt sepúlchrum, signántes lápidem, cum custódiibus.

TONUS EVANGELII




ALte-ra au-tem di- e, quæ est post Pa- rascé- ven conve- né- runt prínci-




pes sa- cerdó- tum et Pha- ri- sá- i ad Pi- lá- tum, di- céntes : Dó- mi- ne,




re- cordá- ti sumus, qui- a se- dúctor il- le di- xit adhuc vi- vens : Post tres



di- es re- súr- gam.... A- it il- lis Pi- lá- tus : Ha- bé- tis custó- di- am, i- te,



custo- dí- te sic- ut sci- tis.... In fine : mu- ni- é- runt se- púlchrum, signántes




lá- pi- dem, cum custó- di- bus.mo- numéntum, po- su- é- runt Je- sum.


In hoc tono fit tantummodo punctum, vocem deprimendo in quarta syllaba ante finem periodi.

Modulatio puncti finalis seu conclusio incipienda est in penultimo accentu.

ALTER TONUS AD LIBITUM




ALte- ra au-tem di- e, quæ est post Pa- rascé- ven, conve- né- runt prínci-



pes sa-cerdó-tum et Pha-ri-sæ-i ad Pi-lá-tum, di-céntes : Dó-mi-ne,




re-cordá-ti sumus, qui- a se-dúctor il-le di-xit adhuc vi-vens : Post tres




di-es re-súr-gam. Ju-be ergo custo-dí-ri se-púlchrum usque in di-em




tér-ti-um : ne for-te vé-ni-ant di-scí-pu-li e-jus, et fu-réntur e-um,




et di-cant ple-bi : Surré-xit a mór-tu-is : et e-rit no-vís-simus er-ror



pe-jor pri-ó-re. A-it il-lis Pi-lá-tus : Ha-bé-tis custó-di-am, i-te




custo-dí-te sic-ut sci-tis. Il-li autem ab-e-úntes, mu-ni-é-runt se-



púlchrum, signántes lá-pi-dem, cum cu-stó-di-bus.

FERIA III. MAJORIS HEBDOMADÆ

PAssio Dómini nostri Jesu Christi secúndum Marcum. In illo témpore :
Erat Pascha, et ázuma post bíduum, et quærébant summi sacerdotés
et scribæ, quómo do Jesum dolo tenérent et occíderent. Dicébant autem :



ON in di- e fe- sto, ne for- te tumúl- tus

fí- e- ret in pó- pu- lo.


C. Et cum esset Jesus Bethániaë in domo Simónis leprósi, et recúmberet :
venit múlier habens alabástrum unguénti nardi spicáti pretiósi et, fracto alabástro,
effúdit super caput ejus. Erant autem quidam indígne feréntes intra semetípsos,
et dicéntes :

S. Ut quid per- dí- ti- o i- sta unguén- ti fa- cta est? Pót- e- rat e- nim

unguéntum i- stud ve- núm- da- ri plus quam tre- cén- tis de- ná- ri- is, et


da- ri paupé- ri- bus.

C. Et fremébant in eam. Jesus autem dixit : ✠ Sinite eam : quid illi molésti estis? Bonum opus operáta est in me. Semper enim páuperes habétis vobíscum : et cum voluérítis, potéstis illis bene fácere : me autem non semper habétis. Quod hábuit hæc, fecit : prævénit úngere corpus meum in sepultúram. Amen dico vobis : Ubicúmque prædicátum fúerit Evangélium istud in univérso mundo, et quod fecit hæc, narrábitur in memóriam ejus. C. Et Judas Iscariótes, unus de duódecim, ábiit ad summos sacerdótes, ut próderet eum illis. Qui audiéntes, gavísi sunt : et promisérunt ei pecúniam se datúros. Et quærébat quómo- do illum oportúne tráderet. Et primo die azymórum, quando pascha immolábant, dicunt ei discípli :



S. Quo vis e- ámus, et pa-rémus ti- bi, ut mandú- ces pascha?


C. Et mittit duos ex discíplis suis, et dicit eis : ✠ Ite in civitátem : et occúrreret vobis homo lagénam aquæ hájulans, sequímini eum : et quocúmque introíerit, dícite dómino domus, quia magíster dicit : Ubi est reféctio mea, ubi pascha cum discíplis meis mandúcem? Et ipse vobis demonstrábit coenáculum grande, stratum : et illic paráte nobis. C. Et abiérunt discípli ejus, et venérunt in civitátem : et invenérunt sicut díxerat illis, et paravérunt pascha. Véspere autem facto, venit cum duódecim. Et discumbéntibus eis, et manducántibus, ait Jesus : ✠ Amen dico vobis, quia unus ex vobis tradet me, qui mandúcat mecum. C. At illi coepérunt contristári, et dícere ei singulátim :



S. Numquid e-go?


C. Qui ait illis : ✠ Unus ex duódecim, qui intíngit mecum manum in catíno. Et Fílius quidem hómínis vadit, sicut scriptum est de eo : vae autem hómíni illi, per quem Fílius hómínis tradétur. Bonum erat ei, si non esset natus homo ille. C. Et manducántibus illis, accépit Jesus panem : et benedícens fregit, et dedit eis, et ait : ✠ Súmite, hoc est corpus meum. C. Et accépto cálice, grátias agens dedit eis : et bibérunt ex illo omnes. Et ait illis : ✠ Hic est sanguis meus novi testaménti, qui pro multis effundétur. Amen dico vobis, quia jam non bibam de hoc genímíne vitis, usque in diem illum, cum illud bibam novum in regno Dei. C. Et hymno dicto, exiérunt in montem Olivárum. Et ait eis Jesus : ✠ Omnes

scandalizabimini in me in nocte ista : quia scriptum est : Percutiam pastorem, et dispergentur oves. Sed postquam resurrexero, praecedam vos in Galilaeam. C. Petrus autem ait illi :




S. Et si omnes scanda- li- zá- ti fú- e- rint in te, sed non e- go.

C. Et ait illi Jesus : ✠ Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac, priusquam gallus vocem bis dederit, ter me es negaturus. C. At ille amplius loquebatur :




S. Et si o- por- tú- e- rit me si- mul cómmo- ri ti- bi, non te ne- gá- bo.

C. Similiter autem et omnes dicebant. Et veniunt in praedium, cui nomen Gethsemani. Et ait discipulis suis : ✠ Sedete hic donec orem. C. Et assumit Petrum, et Jacobum, et Joannem secum : et coepit pavere, et tædere. Et ait illis : ✠ Tristis est anima mea usque ad mortem : sustinete hic, et vigilate. C. Et cum processisset paululum, procidit super terram et orabat, ut si fieri posset, transiret ab eo hora : et dixit : ✠ Abba, Pater, omnia tibi possible sunt, transfer calicem hunc a me : sed non quod ego volo, sed quod tu. C. Et venit, et invenit eos dormientes. Et ait Petro : ✠ Simon, dormis? non potuisti una hora vigilare? Vigilate, et orate, ut non intratis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro vero infirma. C. Et iterum abiens oravit, eundem sermonem dicens. Et reversus denuo invenit eos dormientes (erant enim oculi eorum gravati) et ignorabant quid responderent ei. Et venit tertio, et ait illis : ✠ Dormite jam, et requiescite. Sufficit : venit hora : ecce Filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus : ecce qui me tradet, prope est. C. Et, adhuc eo loquente, venit Judas Iscariotes, unus de duodecim, et cum eo turba multa cum gladiis, et lignis, a summis sacerdotibus, et scribis, et senioribus. Dederat autem traditor ejus signum eis dicens :




S. Quemcúmque oscu- lá- tus fú- e- ro, ipse est, te- né- te e- um, et




dú-ci- te cau-te.

C. Et cum venisset statim accédens ad eum, ait :




S. A-ve, Rabbi.


C. Et osculátus est eum. At illi manus iniecérunt in eum, et tenuérunt eum. Unus autem quidam de circumstántibus, edúcens gládium, percússit servum summi sacerdotís : et amputávit illi aurículam. Et respóndens Jesus, ait illis : ✠ Tamquam ad latrónem existis cum gládiis, et lignis comprehendere me? quotidie eram apud vos in templo docens, et non me tenuístis. Sed ut impleántur Scriptúrae. C. Tunc discípuli ejus relinquéntes eum, omnes fugérunt. Adoléscent autem quidam sequebátur eum amíctus síndone super nudo : et tenuérunt eum. At ille, rejécta síndone, nudus profúgit ab eis. Et adduxérunt Jesum ad summum sacerdotem : et convenérunt omnes sacerdotés, et scribæ, et senióres. Petrus autem a longe secútus est eum usque intro in átrium summi sacerdotís : et sedébat cum minístris ad ignem, et calefaciébat se. Summi vero sacerdotés, et omne concílium, quærébant advérsus Jesum testimónium, ut eum morti tráderent, nec inveniébant. Multi enim testimónium falsum dicébant advérsus eum : et conveniéntia testimónia non erant. Et quidam surgéntes, falsum testimónium ferébant advérsus eum, dicéntes :



S. Quó-ni- am nos audí- vi-mus e- um di- céntem : E-go dis-sólvam tem-




plum hoc ma-nu- fáctum, et per trí-du- um á- li- ud non ma-nu- fáctum




æ-di- fi- cá-bo.

C. Et non erat convéniens testimónium illórum. Et exsúrgens summus sacérdos in médium, interrogávit Jesum dicens :




S. Non respóndes quidquam ad e- a, quæ ti- bi ob-ji- ci- úntur ab his?

C. Ille autem tacébat et nihil respóndit. Rursum summus sacérdos interro- gábat eum, et dixit ei :




S. Tu es Chri- stus Fí- li- us De- i be- ne- dí- cti?

C. Jesus autem dixit illi : ✠ Ego sum : et vidébitis Fílium hóminis sedéntem a dextris virtútis Dei, et veniéntem cum núbibus cæli. C. Summus autem sacérdos scindens vestiménta sua, ait :




S. Quid adhuc de- si- de- rámus te- stes? Audí- stis blasphé- mi- am : quid




vo- bis vi- dé- tur?

C. Qui omnes condemnáverunt eum esse reum mortis. Et cœpérunt quidam conspúere eum, et veláre fáciem ejus, et cólaphis eum cædere et dícere ei :




S. Prophe- tí- za.

C. Et ministri álapis eum cædebant. Et cum esset Petrus in átrio deórsum, venit una ex ancíllis summi sacerdotís : et cum vidísset Petrum calefaciéntem se, aspíciens illum, ait :




S. Et tu cum Je-su Na-za-ré-no e-ras.

C. At ille negávit, dicens :




S. Ne-que sci-o, neque no-vi quid di-cas.

C. Et éxiit foras ante átrium, et gallus cantávit. Rursus autem cum vidísset illum ancílla, cœpit dícere circumstántibus : Quia hic ex illis est. At ille íterum negávit. Et post pusíllum rursus qui astábant, dicébant Petro :




S. Ve-re ex il-lis es : nam et Ga-li-læ-us es.

C. Ille autem cœpit anathematizáre, et juráre : Quia néscio hóminem istum quem díctis. Et statim gallus íterum cantávit. Et recordátus est Petrus verbi, quod díxerat ei Jesus : Priúsquam gallus cantet bis, ter me negábis. Et cœpit flere. Et conféstim mane consílium faciéntes summi sacerdotés, cum senióribus, et scribis, et univérso concílio, vinciéntes Jesum, duxérunt, et tradidérunt Piláto. Et interrogávit eum Pilátus :




S. Tu es Rex Ju-dæ-ó-rum?

C. At ille respóndens, ait illi : ✠ Tu dicis. C. Et accusábant eum summi sacerdotés in multis. Pilátus autem rursus interrogávit eum, dicens :




S. Non respóndes quidquam? vi-de in quantis te accú-sant.

C. Jesus autem ámplius nihil respóndit, ita ut mirarétur Pilátus. Per diem autem festum solébat dimíttre illis unum ex vinctis, quemcúmque petiíssent. Erat autem qui dicebátur Barábbas, qui cum seditiósus erat vinctus, qui in seditiósione fécerat homicídium. Et cum ascendísset turba, cœpit rogáre, sicut semper faciébat illis. Pilátus autem respóndit eis, et dixit :




S. Vul-tis di-mít-tam vo-bis Re-gem Ju-dæ- ó-rum?

C. Sciébat enim quod per invídiam tradidíssent eum summi sacerdotés. Pontífices autem concitavérunt turbam, ut magis Barábbam dimítteret eis. Pilátus autem íterum respóndens, ait illis :




S. Quid ergo vul-tis fá-ci- am Re-gi Ju-dæ- ó-rum?

C. At illi íterum clamavérunt :



S. Cru-ci- fí-ge e- um.

C. Pilátus vero dicébat illis :




S. Quid e-nim ma-li fe-cit?

C. At illi magis clamabant :




S. Cru-ci- fí- ge e- um.

C. Pilátus autem volens pópulo satisfácere, dimísit illis Barábbam, et trádidit Jesum flagéllis cæsum, ut crucifigerétur. Míletes autem duxérunt eum in átrium prætorii, et cónvocant totam cohórtem, et induunt eum púrpora, et impónunt ei plecténtes spíneam corónam. Et cœpérunt salutáre eum : Ave, Rex Judæórum. Et percutiébant caput ejus arúndine : et conspuébant eum, et ponéntes génua, adorábant eum. Et postquam illusérunt ei, exuérunt illum púrpora, et induérunt eum vestiméntis suis : et edúcunt illum, ut crucifigerent eum. Et angariavérunt prætereúntem quémquam, Simónem Cyrenæum, veniéntem de villa, patrem Alexándri et Rufi, ut tólleret crucem ejus. Et perdúcunt illum in Gólgotha locum, quod est interpretátum Calváriæ locus. Et dabant ei bíbere myrrhátum vinum : et non accépit. Et crucifigéntes eum, divisérunt vestiménta ejus, mitténtes sortem super eis, quis quid tólleret. Erat autem hora tértia : et crucifixerunt eum. Et erat títulus causæ ejus inscriptus : Rex Judæórum. Et cum eo crucifigunt duos latrónes : unum a dextris, et álium a sinístris ejus. Et impléta est Scriptúra, quæ dicit : Et cum iníquus reputátus est. Et prætereúntes blasphemábant eum, movéntes cápita sua, et dicéntes :




S. Vah, qui déstru- is templum De- i, et in tri- bus di- é- bus re- æ- dí-




fi- cas : salvum fac te- met- ípsum, descéndens de cru- ce.

C. Simíliter et summi sacerdotés illudéntes, ad altérutrum cum scribis dicébant :



S. A- li- os salvos fe- cit, se- ípsum non pot- est salvum fá- ce- re.




Chri-stus Rex Is-ra- ìl descéndat nunc de cru-ce, ut vi-de- ámus, et




cre-dámus.

C. Et qui cum eo crucifíxi erant, convitiabántur ei. Et facta hora sexta, ténebræ factæ sunt per totam terram, usque in horam nonam. Et hora nona exclamávit Jesus voce magna, dicens : ✠ Eloi, Eloi, lamma sabactháni? C. Quod est interpretátum : ✠ Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquísti me? C. Et quidam de circumstántibus audiéntes, dicébant :



S. Ecce, E- lí- am vo-cat.

C. Currens autem unus, et implens spóngiam acéto, circumponénsque cálamo, potum dabat ei, dicens :




S. Sí-ni-te, vi-de- ámus si vé-ni- at E-lí- as ad de-po-néndum e-um.

C. Jesus autem emíssa voce magna exspirávit.

Hic genuflectitur, et pausatur aliquantulum.

Et velum templi scissum est in duo, a summo usque deórsum. Videns autem centúrio, qui ex advérso stabat, quia sic clamans exspirásset, ait :





S. Ve-re hic homo Fí- li- us De- i e- rat.


C. Erant autem et mulieres de longe aspicientes : inter quas erat María Magdaléne, et María Jacóbi minóris, et Joseph mater, et Salóme : et cum esset in Galilæa, sequebantur eum, et ministrabant ei, et aliæ multæ, quæ simul cum eo ascenderant Jerosólymam.

Quod sequitur, cantatur in tono Evangelii : et alia fiunt ut supra in Dominica (pag. 19).


Tonus Evangelii, ad libitum.




T cum jam se-ro esset factum (qui- a e-rat Pa-




rascé-ve, quod est ante Sábba-tum) ve-nit Jo-seph ab A-ri-mathæ- a




nó-bi- lis de-cú-ri- o, qui et ipse e-rat exspéctans regnum De- i.




Et audácter intro- í-vit ad Pi- lá-tum, et pé- ti- it corpus




Je- su. Pi- lá-tus autem mi-rabá-tur si jam ob-i- ís-set.



Et accer-sí- to centu-ri- ó-ne, inter-ro-gá-vit e- um si jam



mór- tu- us es- set. Et cum cogno-vís-set a centu-ri- ó-ne,



do-ná-vit corpus Jo- seph. Jo- seph autem mercá-tus síndo-nem,
 et de-pó-nens e- um invól-vit síndo-ne, et pó-su- it e- um in mo-
 numén-to, quod e-rat ex-cí- sum de pe- tra, et advól-vit
 lá-pi- dem ad ó-sti- um mo-nu- mén-ti.

PARS ULTIMA PASSIONIS

IN TONO EVANGELII CANTANDA

ET cum jam sero esset factum (quia erat Parascéve, quod est ante sábatum) venit Joseph ab Arimathæa nóbilis decúrio, qui et ipse erat exspéctans regnum Dei, et audácter introívit ad Pilátum, et pétiit corpus Jesu. Pilátus autem mirabátur si jam obiisset. Et accersíto centurióne, interrogávit eum si jam mórtuus esset. Et cum cognovísset a centurióne, donávit corpus Joseph. Joseph autem mercátus síndonem, et depónens eum invólvit síndone, et pósuit eum in monuménto, quod erat excísum de petra, et advólvit lápidem ad óstium monuménti.

Tonus Evangelii, p. 21.

ALTER TONUS AD LIBITUM



ET cum jam se-ro esset factum (qui- a e- rat Pa- rascé- ve, quod est



ante sábbatum) ve-nit Jo-seph ab A-ri-mathæ-a, nó-bi-lis de-cú-ri-o,



qui et ipse e-rat exspéctans regnum De-i, et audácter intro-í-vit



ad Pi-lá-tum, et pé-ti-it corpus Je-su. Pi-lá-tus autem mi-ra-bá-tur



si jam ob-i-ís-set. Et accer-sí-to centu-ri-ó-ne, interro-gá-vit




e-um si jam mórtu-us es-set. Et cum cogno-vísset a centu-ri-ó-



ne, do-ná-vit corpus Jo-seph. Jo-seph autem mercá-tus síndo-nem, et de-





pó-nens e-um invólvit síndo-ne, et pó-su-it e-um in mo-numénto, quod



e-rat excí-sum de petra, et advólvit lá-pi-dem ad ósti-um monuménti.

FERIA IV. MAJORIS HEBDOMADÆ


PAssio Dómini nostri Jesu Christi secúndum Lucam. In illo témpore : Appropinquábat dies festus azymórum, qui dicitur Pascha : et quærébant príncipes sacerdotum, et scribæ, quómo do Jesum interficerent : timébant vero plebem. Intrávit autem sátanas in Judam, qui cognominabátur Iscariótes, unum de duódecim. Et ábiit, et locútus est cum princípibus sacerdotum, et magistrátibus, quemádmó dum illum tráderet eis. Et gavísi sunt, et pacti sunt pecúniam illi dare. Et spopóndit. Et quærébat oportunitátem ut tráderet illum sine turbis. Venit autem dies azymórum, in qua necesse erat occídi pascha. Et misit Petrum, et Joánnem, dicens : ✠ Eúntes paráte nobis pascha, ut manducémus. C. At illi dixerunt :



- BI vis pa-rémus?


C. Et dixit ad eos : ✠ Ecce introëúntibus vobis in civitátem, occúrret vobis homo quídam ámphoram aquæ portans : sequímini eum in domum, in quam intrat, et dicétis patrifamílias domus : Dicit tibi Magíster : Ubi est diversórium, ubi pascha cum discípulis meis mandúcem? Et ipse osténdet vobis coenáculum magnum stratum, et ibi paráte. C. Eúntes autem invenérunt sicut dixit illis, et paravérunt pascha. Et cum facta esset hora, discúbuit, et duódecim Apóstoli cum eo. Et ait illis : ✠ Desidério desiderávi hoc pascha manducáre vobíscum, ántequam pátiar. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducábo illud, donec impleátur in regno Dei. C. Et accépto cálice, grátias egit, et dixit : ✠ Accípite et dividite inter vos. Dico enim vobis, quod non bibam de generatióne vitis, donec regnum Dei véniat. C. Et accépto pane, grátias egit, et fregit, et dedit eis, dicens : ✠ Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur : hoc fácite in meam commemoratiónem. C. Simíliter et cálicem, postquam cœnávít, dicens : ✠ Hic est calix novum testaméntum in ságuine meo, qui pro vobis fundétur. Verúmtamen ecce manus tradéntis me, mecum est in mensa. Et quídem Fílius hóminis, secúndum quod defínitum est, vadit : verúmtamen væ hómini illi, per quem tradétur. C. Et ipsi cœpérunt quære inter se, quis esset ex eis, qui hoc factúrus esset. Facta est autem et conténtio inter eos,

quis eorum videretur esse major. Dixit autem eis : ✠ Reges gentium dominantur eorum : qui potestatem habent super eos, benéfici vocantur. Vos autem non sic : sed qui major est in vobis, fiat sicut minor : et qui praecessor est, sicut ministrator. Nam quis major est, qui recumbit, an qui ministrat? nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat : vos autem estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum, ut edatis, et bibatis super mensam meam in regno meo, et sedeatis super thronos, iudicantes duodecim tribus Israël. C. Ait autem Dominus : ✠ Simon, Simon, ecce satanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum : ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua : et tu aliquando conversus, confirma fratres tuos. C. Qui dixit ei :




S. Dó-mi-ne, te-cum pa-rá-tus sum, et in cárce-rem, et in mortem i- re.

C. At ille dixit : ✠ Dico tibi Petre : Non cantabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me. C. Et dixit eis : ✠ Quando misi vos sine sacco, et pera, et calceamentis, numquid aliquid defuit vobis? C. At illi dixerunt :



S. Ni- hil.


C. Dixit ergo eis : ✠ Sed nunc, qui habet saccum tollat similiter et peram : et qui non habet vendat tunicam suam, et emat gladium. Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc, quod scriptum est, oportet impleri in me : Et cum iniquis deputatus est. Etenim ea, quae sunt de me, finem habent. C. At illi dixerunt :



S. Dó-mi-ne, ecce du- o glá-di- i hic.


C. At ille dixit eis : ✠ Satis est. C. Et egressus ibat secundum consuetudinem in montem Olivarum. Secuti sunt autem illum et discipuli. Et cum pervenisset ad locum, dixit illis : ✠ Orate, ne intratis in tentationem. C. Et ipse avulsus est ab eis quantum jactus est lapidis, et positus genibus orabat, dicens : ✠ Pater,

si vis, transfer cálicem istum a me : verúmtamen non mea volúntas, sed tua fiat. C. Appáruit autem illi Angelus de cælo, confórtans eum. Et factus in agonía, prolíxius orábat. Et factus est sudor ejus, sicut guttæ sánguinis decurréntis in terram. Et cum surrexisset ab oratióne, et venisset ad discípulos suos, invénit eos dormiéntes præ tristítia. Et ait illis : ✠ Quid dormítis? súrghite, oráte ne intrétis in tentatióne. C. Adhuc eo loquente, ecce turba : et qui vocabátur Judas, unus de duódecim, antecedébat eos : et appropinquávit Jesu, ut oscularétur eum. Jesus autem dixit illi : ✠ Juda, ósculo Fílium hóminis tradis? C. Vidéntes autem hi, qui circa ipsum erant, quod futúrum erat, dixerunt ei :




S. Dó-mi-ne, si percú-ti-mus in glá-di-o?

C. Et percússit unus ex illis servum príncipis sacerdotum, et amputávit aurículam ejus dexteram. Respóndens autem Jesus, ait : ✠ Sínite usque huc. C. Et cum tetigisset aurículam ejus, sanávit eum. Dixit autem Jesus ad eos, qui vénerant ad se, príncipes sacerdotum et magistrátus templi, et senióres : ✠ Quasi ad latrónem existis cum gládiis, et fústibus? Cum quotidie vobíscum fúerim in templo, non extendístis manus in me : sed hæc est hora vestra, et potéstas tenebrárum. C. Comprehéndentes autem eum, duxérunt ad domum príncipis sacerdotum : Petrus vero sequebátur a longe. Accénso autem igne in médio átrii, et circumsedéntibus illis, erat Petrus in médio eórum. Quem cum vidisset ancílla quædam sedéntem ad lumen, et eum fuisset intúita, dixit :




S. Et hic cum il-lo e-rat.

C. At ille negávit eum, dicens :




S. Mú-li-er, non no-vi il-lum.

C. Et post pusíllum álius vidéns eum, dixit :




S. Et tu de il-lis es.

C. Petrus vero ait :




S. O homo, non sum.

C. Et intervállo facto quasi horæ unius, álius quidam affirmábat, dicens :




S. Ve-re et hic cum il-lo e-rat : nam et Ga-li-læ-us est.

C. Et ait Petrus :




S. Homo, né-sci- o quid di- cis.

C. Et continuo adhuc illo loquente cantavit gallus. Et conversus Dóminus respexit Petrum. Et recordatus est Petrus verbi Dómini sicut dixerat : Quia priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras Petrus flevit amare. Et viri qui tenebant illum, illudabant ei, cædentes. Et velaverunt eum, et percutiebant faciem ejus : et interrogabant eum, dicentes :




S. Pro-phe-tí-za, quis est, qui te percússit?

C. Et ália multa blasphemantes dicebant in eum. Et ut factus est dies, convenérunt senióres plebis, et príncipes sacerdotum, et scribæ, et duxérunt illum in consílium suum, dicentes :




S. Si tu es Chri-stus, dic no-bis.

C. Et ait illis : ✠ Si vobis díxero, non credétis mihi : si autem et interrogávero, non respondébitis mihi, neque dimittétis. Ex hoc autem erit Fílius hóminis sedens a dextris virtútis Dei. C. Dixérunt autem omnes :




S. Tu ergo es Fí- li- us De- i?

C. Qui ait : ✠ Vos dícitis, quia ego sum. C. At illi dixérunt :




S. Quid adhuc de- si- de- rámus te- sti- mó- ni- um? Ipsi e- nim audí- vimus




de o- re e- jus.

C. Et surgens omnis multitúdo eórum, duxérunt illum ad Pilátum. Coepérunt autem illum accusáre, dicéntes :




S. Hunc invé- ni- mus subver- téntem gentem nostram, et pro- hi- béntem




tri- bú- ta da- re Cæ- sa- ri, et di- céntem se Chri- stum re- gem es- se.

C. Pilátus autem interrogávit eum, dicens :




S. Tu es Rex Ju-dæ- ó-rum?

C. At ille respóndens, ait : ✠ Tu dicis. C. Ait autem Pilátus ad príncipes sacerdotum, et turbas :




S. Ni-hil invé-ni- o causæ in hoc hómi-ne.

C. At illi invalescébant, dicéntes :




S. Cóm-mo-vet pó-pu-lum, do-cens per u-ni-vérsam Ju-dæ- am, in-cí-




pi- ens a Ga- li- læ- a usque huc.


C. Pilátus autem áudiens Galilæam, interrogávit si homo Galilæus esset. Et ut cognóvit, quod de Heródis potestáte esset, remisit eum ad Heródem, qui et ipse Jerosólymis erat illis diébus. Heródes autem viso Jesu gavisus est valde. Erat enim cúpiens ex multo témpore vidére eum, eo quod audíerat multa de eo, et sperábat signum áliquod vidére ab eo fieri. Interrogábat autem eum multis sermónibus. At ipse nihil illi respondébat. Stabant autem príncipes sacerdotum, et scribæ constánter accusántes eum. Sprevit autem illum Heródes cum exércitu suo : et illúsit indútum veste alba, et remisit ad Pilátum. Et facti sunt amíci Heródes et Pilátus in ipsa die : nam ántea inimíci erant ad ínvicem. Pilátus autem convocátis princípibus sacerdotum, et magistrátibus, et plebe, dixit ad illos :




S. Obt- lí-stis mi- hi hunc hómi-nem, qua- si a-ver-téntem pó-pu- lum,




et ecce e-go co-ram vo-bis in-tér-ro-gans, nul-lam causam invé-ni in



hó-mi-ne i-sto ex his, in qui-bus e-um accu-sá-tis. Sed neque




He-ró-des : nam re-mí-si vos ad il-lum, et ecce ni-hil dignum mor-




te actum est e- i. Emendá-tum ergo il-lum di-mít-tam.

C. Necesse autem habébat dimíttere eis per diem festum, unum. Exclamávit autem simul univér-sa turba, dicens :




S. Tol-le hunc, et di-mít-te no-bis Ba-rábbam.

C. Qui erat propter seditiónem quamdam factam in civitáte, et homicídium, missus in cárcerem. Iterum autem Pilátus locútus est ad eos, volens dimíttere Jesum. At illi succlamábant, dicétes :




S. Cru-ci- fí-ge, cru-ci- fí-ge e- um.

C. Ille autem tertio dixit ad illos :




S. Quid e-nim ma-li fe-cit i-ste? Nul-lam causam mortis invé-ni-o in




e-o : cor-rí-pi-am ergo il-lum, et di-mít-tam.

C. At illi instábant vóci-bus magnis, postulántes ut crucifigerétur. Et invalescébant voces eórum. Et Pilátus adjudicávit fieri petitió-nem eórum. Dimísit autem illis eum, qui propter homicídium, et sediti-ó-nem missus fúerat in cárcerem, quem petébant : Jesum vero trádidit voluntáti eórum. Et cum dúcerent eum, apprehendérunt Simónem quemdam Cyrenénsem, veniéntem de villa : et imposuérunt illi crucem portáre post Jesum. Sequebátur autem illum multa turba pópuli, et muliérum, quæ plangébant, et lamentabántur eum. Convérsus autem ad illas Jesus dixit : ✠ Fíliæ Jerúsalem, nolíte flere super me, sed super vos ipsas flete, et super filios vestros. Quóniam ecce vénient dies, in quibus dicent : Beátæ stériles, et ventres qui non genuérunt, et úbera quæ non lactavérunt. Tunc incipient dícere móntibus : Cádite super nos : et cóllibus : Operíte nos. Quia si in víridi ligno hæc faciunt, in árido quid fiet? C. Ducebántur autem et álii duo nequam cum eo, ut interficeréntur. Et postquam venérunt in locum, qui vocátur Calváriæ, ibi crucifixérunt eum : et latrónes, unum a dextris, et álterum a sinístris. Jesus autem dicébat : ✠ Pater, dimítte illis : non enim sciunt quid faciunt. C. Dividéntes vero vestiménta ejus, misérunt sortes. Et stabat pópulus spectans, et deridébant eum príncipes cum eis, dicéntes :




S. A-li-os salvos fe-cit : se salvum fá-ci-at, si hic est Chri-stus




De-i e-lé-ctus.

C. Illudébant autem ei et mílites accedéntes, et acétum offeréntes ei, et dicéntes :




S. Si tu es Rex Ju-dæ- ó-rum, salvum te fac.

C. Erat autem et superscriptio scripta super eum lîtteris græcis, et latînis, et hebrâicis : Hic est Rex Judæorum. Unus autem de his, qui pendébant, latrónibus blasphemábat eum, dicens :




S. Si tu es Chri-stus, salvum fac temet- ípsum, et nos.


C. Respóndens autem alter increpábat eum, dicens :



S. Neque tu ti-mes De- um, quod in e- á-dem damna- ti- ó-ne es. Et




nos qui-dem juste, nam digna fa-ctis re- cí- pi-mus : hic ve-ro ni- hil



ma- li ges-sit.

C. Et dicébat ad Jesum :




S. Dómi- ne, meménto me- i, cum vé- ne- ris in regnum tu- um.

C. Et dixit illi Jesus : ✠ Amen dico tibi : Hódie mecum eris in paradíso.
C. Erat autem fere hora sexta, et ténebræ factæ sunt in univérsam terram usque

in horam nonam. Et obscurátus est sol : et velum templi scissum est médium. Et clamans voce magna Jesus, ait : ✠ Pater, in manus tuas comméndo spíritum meum. C. Et hæc dicens, exspirávit.

Hic genuflectitur, et pausatur aliquantulum.

C. Videns autem centúrio quod factum fúerat, glorificávit Deum, dicens :




S. Ve-re hic ho-mo justus e-rat.


C. Et omnis turba eórum, qui simul áderant ad spectáculum istud, et vidébant quæ fiébant, percutiéntes péctora sua revertébántur. Stabant autem omnes noti ejus a longe, et muliéres, quæ secútæ eum erant a Galilæa, hæc vidéntes.

Quod sequitur, legitur in tono Evangelii : et alia fiunt ut supra in Domínica (p. 19.)


Tonus Evangelii, ad libitum.




T ecce vir nó-mi-ne Jo-seph, qui e-rat de-cú-ri- o,




vir bo-nus et justus : hic non consénse-rat con-sí- li- o, et á-cti-bus



e- ó-rum, ab A-rimathæ- a ci- vi- tá- te Ju-dæ- æ, qui exspectá-bat et



i-pse regnum De- i. Hic accés-sit ad Pi- lá- tum, et pé-



ti- it corpus Je- su : Et de-pó- si- tum invól- vit síndo- ne,
 et pó- su- it e- um in mo- numé- to ex- cí- so, in quo nondum quisquam
 pó- si- tus fú- e- rat.


PARS ULTIMA PASSIONIS

IN TONO EVANGELII CANTANDA


ET ecce vir nómine Joseph, qui erat decúrio, vir bonus, et justus : hic non consenserat consílio, et áctibus eórum, ab Arimathæa civitate Judææ, qui exspectábat et ipse regnum Dei. Hic accessit ad Pilátum, et pétiit corpus Jesu : et depósitum invólvit síndone, et pósuit eum in monuménto excíso, in quo nondum quisquam pósitus fúerat.

Tonus Evangelii. p. 21.

ALTER TONUS AD LIBITUM




ET ecce, vir nó- mi- ne Jo- seph, qui e- rat de- cú- ri- o, vir bo- nus et
 justus : hic non consénse- rat consí- li- o, et á- cti- bus e- ó- rum, ab A- ri-




mathæ- a ci-vi-tá-te Ju-dæ-æ, qui exspectá-bat et ipse regnum De- i.




Hic accéssit ad Pi- lá-tum, et pé- ti- it corpus Je- su : et de- pó- si- tum



invól-vit síndo-ne, et pó-su- it e- um in mo-numénto excí- so, in





quo nondum quisquam pó- si- tus fú- e- rat.



FERIA VI. IN PARASCEVE

Passio Dómini nostri Jesu Christi secúndum Joánnem. In illo témpore : Egréssus est Jesus cum discíplis suis trans torréntem Cedron, ubi erat hortus, in quem introívit ipse, et discípluli ejus. Sciébat autem et Judas, qui tradébat eum, locum : quia frequénter Jesus convénerat illuc cum discíplis suis. Judas ergo cum accepisset cohórtem, et a pontíficibus et pharisæis minístros, venit illuc cum latérnis, et fácibus, et armis. Jesus ítaque sciens ómnia quæ ventúra erant super eum, procéssit, et dixit eis : ✠ Quem quæritis?


C. Respondérunt ei :



ESUM Na-za-ré-num.

C. Dicit eis Jesus : ✠ Ego sum.


C. Stabat autem et Judas, qui tradébat eum, cum ipsis. Ut ergo dixit eis : Ego sum : abiérunt retrórsum, et cecidérunt in terram. Iterum ergo interrogávit eos : ✠ Quem quæritis? C. Illi autem dixérunt :



S. Je-sum Na-za-ré-num.

C. Respóndit Jesus : ✠ Dixi vobis, quia ego sum : si ergo me quæritis, sínite hos abíre. C. Ut implerétur sermo, quem dixit : Quia quos dedísti mihi, non pérdidi ex eis quemquam. Simon ergo Petrus habens gládium edúxit eum : et percússit pontíficis servum : et abscídít aurículam ejus déxteram. Erat autem nomen servo Malchus. Dixit ergo Jesus Petro : ✠ Mitte gládium tuum in vagínam. Cálicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum? C. Cohors ergo, et tribúnus, et minístri Judæórum comprehendérunt Jesum, et ligavérunt eum : et adduxérunt eum ad Annam primum, erat enim socer Cáiphæ, qui erat pónטיפex anni illíus. Erat autem Cáiphás, qui consílium déderat Judæis : Quia expedit unum hóminem mori pro pópulo. Sequebátur autem Jesum Simon Petrus, et álius discíplulus.

Discípulus autem ille erat notus pontífici, et introívit cum Jesu in átrium pontíficis. Petrus autem stabat ad óstium foris. Exívit ergo discípus álius, qui erat notus pontífici, et dixit ostiáriæ : et introdúxit Petrum. Dicit ergo Petro ancílla ostiária :




S. Numquid et tu ex di-scí-pu-lis es hó-mi-nis i-stí-us?

C. Dicit ille :




S. Non sum.

C. Stabant autem servi, et minístri ad prunas, quia frigus erat, et calefaciébant se. Erat autem cum eis et Petrus stans, et calefaciens se. Póntifex ergo interrogávit Jesum de discíplis suis, et de doctrína ejus. Respóndit ei Jesus : ✠ Ego palam locútus sum mundo : ego semper dócui in synagóga, et in templo, quo omnes Judæi convéniunt : et in occúlto locútus sum nihil. Quid me intérogas? intéroga eos, qui audiérunt quid locútus sim ipsis : ecce hi sciunt quæ díxerim ego. C. Hæc autem cum dixisset, unus assistens ministrórum dedit álapam Jesu, dicens :




S. Sic respóndes pontí-fi-ci?

C. Respóndit ei Jesus : ✠ Si male locútus sum, testimónium pérhibe de malo : si autem bene, quid me cædis? C. Et misit eum Annas ligátum ad Cáipham pontíficem. Erat autem Simon Petrus stans, et calefaciens se. Dixérunt ergo ei :




S. Numquid et tu ex di-scí-pu-lis e-jus es?

C. Negávit ille, et dixit :




S. Non sum.

C. Dicit ei unus ex servis pontificis, cognatus ejus, cujus abscidit Petrus auriculam :




S. Nonne e-go te vi-di in hor-to cum il-lo?

C. Iterum ergo negavit Petrus : et statim gallus cantavit. Adducunt ergo Jesum a Cáipha in prætórium. Erat autem mane : et ipsi non introierunt in prætórium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent pascha. Exiit ergo Pilátus ad eos foras, et dixit :




S. Quam accu-sa-ti-ó-nem af-fér-tis advérsus hó-mi-nem hunc?

C. Respondérunt, et dixerunt ei :




S. Si non esset hic ma-le-fáctor, non ti-bi tra-di-dis-sémus e-um.

C. Dixit ergo eis Pilátus :




S. Accí-pi-te e-um vos, et sè-cúndum le-gem vestram ju-di-cá-te e-um.

C. Dixerunt ergo ei Judæi :




S. No-bis non li-cet in-ter-fí-ce-re quemquam.

C. Ut sermo Jesu implerétur, quem dixit, significans qua morte esset moritúrus. Introívit ergo íterum in prætórium Pilátus, et vocávit Jesum, et dixit ei :




S. Tu es Rex Ju-dæ-ó-rum?

C. Respóndit Jesus : ✠ A temetípso hoc dicis, an álii dixerunt tibi de me?
C. Respóndit Pilátus :




S. Numquid e-go Ju-dæ-us sum? Gens tu-a, et pontí-fi-ces tra-di-dé-




runt te mi-hi : quid fe-cí-sti?

C. Respóndit Jesus : ✠ Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei útique decertárent ut non tráderer Judæis : nunc autem regnum meum non est hinc. C. Dixit ítaque ei Pilátus :




S. Ergo Rex es tu?

C. Respóndit Jesus : ✠ Tu dicis, quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimónium perhíbeam veritáti : omnis qui est ex veritáte, audit vocem meam. C. Dicit ei Pilátus :



S. Quid est vé- ri- tas?


C. Et cum hoc dixisset, iterum exiit ad Judæos, et dicit eis :



S. E- go nul- lam invé- ni- o in e- o causam. Est autem consu- e- tú- do




vo- bis, ut u- num di- mít- tam vo- bis in Pascha : vul- tis ergo di- mít-




tam vo- bis Re- gem Ju- dæ- ó- rum?

C. Clamaverunt ergo rursus omnes, dicentes :




S. Non hunc, sed Ba- rábbam.

C. Erat autem Barábbas latro. Tunc ergo apprehendit Pilátus Jesum et flagellávit. Et mílites plecténtes coronam de spinis, imposuérunt cápiti ejus : et veste purpúrea circumdedérunt eum. Et veniébant ad eum, et dicébant :




S. A- ve, Rex Ju- dæ- ó- rum.

C. Et dabant ei álapas. Exiit ergo iterum Pilátus foras, et dicit eis :




S. Ecce addú-co vo-bis e- um fo-ras, ut cognoscá-tis, qui- a nul-lam




invé-ni- o in e- o causam.

C. (Exívit ergo Jesus portans corónam spíneam, et purpúream vestiméntum).
Et dicit eis :




S. Ecce homo.

C. Cum ergo vidíssent eum pontífices et minístri, clamábant dicéntes :




S. Cru-ci- fí-ge, cru- ci- fí-ge e- um.

C. Dicit eis Pilátus :



S. Accí- pi- te e- um vos, et cru- ci- fí- gi- te : e-go e- nim non invé-



ni- o in e- o causam.

C. Respondérunt ei Judæi :



S. Nos le-gem ha-bé-mus, et se-cúndum le-gem de-bet mo-ri, qui- a




Fí- li- um De- i se fe- cit.

C. Cum ergo audísset Pilátus hunc sermónem, magis tímuit. Et ingressus est prætóríum íterum : et dixit ad Jesum :




S. Un-de es tu?

C. Jesus autem respónsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilátus :



S. Mi- hi non lóque- ris? ne- scis qui- a po- te- stá- tem há- be- o cru- ci- fí-




ge- re te, et po- te- stá- tem há- be- o di- mít- te- re te?

C. Respóndit Jesus : ✠ Non habéres potestátem advérsus me ullam, nisi tibi datum esset désuper. Proptérea, qui me trádidit tibi, majus peccátum habet. C. Et exínde quærébat Pilátus dimíttere eum. Judæi autem clamábant dicéntes :



S. Si hunc di- mít- tis, non es amí- cus Cæ- sa- ris. Omnis e- nim qui se




re-gem fa- cit, contra-dí- cit Cæ- sa- ri.

C. Pilátus autem cum audisset hos sermónes, addúxit foras Jesum, et sedit pro tribunáli, in loco, qui dicitur Lithóstrotos, hebráice autem Gábbatha. Erat autem Parascéve Paschæ, hora quasi sexta. Et dicit Judæis :




S. Ecce Rex ve-ster.

C. Illi autem clamábant :




S. Tol-le, tol-le, cru- ci- fí- ge e- um.

C. Dicit eis Pilátus :



S. Re-gem vestrum cru- ci- fí- gam?


C. Respondérunt pontífices :




S. Non ha-bé-mus re-gem, ni- si Cæ- sa- rem.

C. Tunc ergo trádidit eis illum ut crucifigerétur. Suscepérunt autem Jesum, et eduxérunt. Et bájulans sibi crucem, exívit in eum, qui dicitur Calváriae, locum, hebráice autem Gólgotha : ubi crucifixerunt eum, et cum eo álios duos, hinc et hinc, médium autem Jesum. Scripsit autem et título Pilátus : et pósuit super

crucem. Erat autem scriptum : Jesus Nazarénus, Rex Judæórum. Hunc ergo titulum multi Judæórum legérunt, quia prope civitátem erat locus, ubi crucifíxus est Jesus. Et erat scriptum hebráice, græce, et latíne. Dicébant ergo Piláto pontífices Judæórum :




S. No- li scrí- be- re, Rex Ju- dæ- ó- rum, sed qui- a ipse di- xit : Rex




sum Ju- dæ- ó- rum.

C. Respóndit Pilátus :



S. Quod scripsi, scripsi.

C. Míletes ergo cum crucifixíssent eum, accepérunt vestiménta ejus (et fecérunt quátuor partes : unicuíque míliti partem), et túnica. Erat autem túnica inconsútilis, désuper contéxta per totum. Dixérunt ergo ad ínvicem :



S. Non scindámus e- am, sed sor-ti- ámur de il- la cu- jus sit.


C. Ut Scriptúra implerétur, dicens : Partíti sunt vestiménta mea sibi : et in vestem meam misérunt sortem. Et míletes quidem hæc fecérunt. Stabant autem juxta crucem Jesu, mater ejus, et soror matris ejus María Cléophæ, et María Magdaléne. Cum vidíssent ergo Jesus matrem, et discípulum stantem quem diligébat, dicit matri suæ : ✠ Múlier, ecce fílius tuus. C. Deínde dicit discípulo : ✠ Ecce mater tua. C. Et ex illa hora accepit eam discípulus in sua. Póstea sciens Jesus quia ómnia consummáta sunt, ut consummarétur Scriptúra, dixit : ✠ Sítio. C. Vas ergo erat pósito acéto plenum. Illi autem spóngiam plenam acéto, hyssópo circumponéntes, obtulérunt ori ejus. Cum ergo accepíssent Jesus acétum, dixit : ✠ Consummátum est. C. Et inclináto cápite, trádidit spíritum.

Hic genuflectitur, et pausatur aliquantulum.


Judæi ergo (quóniam Parascève erat), ut non remanérent in cruce córpora sábbato (erat enim magnus dies ille sábbati), rogavérunt Pilátum, ut frangeréntur eórum crura, et tolleréntur. Venérunt ergo mílites : et primi quidem fregérunt crura, et altérius, qui crucifíxus est cum eo. Ad Jesum autem cum veníssent, ut vidérunt eum jam mórtuum, non fregérunt ejus crura : sed unus mílitum láncea latus ejus apéruit, et contínuo exívit sanguis, et aqua. Et qui vidit, testimónium perhíbuit : et verum est testimónium ejus. Et ille scit, quia vera dicit : ut et vos credátis. Facta sunt enim hæc, ut Scriptúra implerétur : Os non comminuétis ex eo. Et íterum ália Scriptúra dicit : Vidébunt in quem transfixérunt.

Quod sequitur, legitur in tono Evangelii : et dicitur Munda cor meum, sed non petitur benedictio, et non deferuntur luminaria, neque incensum, et Celebrans in fine non osculatur librum.


Tonus Evangelii, ad libitum.



OST hæc au-tem ro-gá-vit Pi- lá-tum Jo-seph ab




A-ri-mathæ- a (e- o quod esset di-scí-pu- lus Je-su, occúl-




tus autem propter me-tum Judæ- ó-rum), ut tól-le-ret corpus Je- su.



Et permí- sit Pi- lá- tus. Ve- nit ergo, et tu- lit




corpus Je- su. Ve- nit autem et Ni-co-démus, qui vé-ne- rat



ad Je-sum nocte pri-mum, fe-re ns mix-tú-ram myrrhæ, et á-lo- es,




qua- si li-bras cen-tum. Ac- ce-pé-runt ergo corpus Je- su,




et li-ga-vé-runt il-lud lín-te- is cum a-romá- ti-bus, sic-ut mos est




Ju-dæ- is se-pe- lí- re. E- rat au-tem in lo-co, u-bi cru-




ci- fí- xus est, hortus : et in horto mo-numéntum no-vum, in quo non-



dum quisquam pó- si- tus e- rat. I- bi ergo propter Pa-



rascé-ven Ju-dæ- ó-rum, qui- a juxta e- rat mo-numéntum, po-su- é-



runt Je-sum.

PARS ULTIMA PASSIONIS


IN TONO EVANGELII CANTANDA

POST hæc autem rogávit Pilátum Joseph ab Arimathæa (eo quod esset discipulus Jesu, occúltus autem propter metum Judæórum), ut tólleret corpus Jesu. Et permísit Pilátus. Venit ergo, et tulit corpus Jesu. Venit autem et Nicodémus, qui vénerat ad Jesum nocte primum, ferens mixtúram myrrhæ, et áloës, quasi libras centum.

Accepérunt ergo corpus Jesu, et ligavérunt illud línteis cum aromátibus, sicut mos est Judæis sepelíre. Erat autem in loco, ubi crucifíxus est, hortus : et in horto monuméntum novum, in quo nondum quisquam pósito erat. Ibi ergo propter Parascéven Judæórum, quia juxta erat monuméntum, posuérunt Jesum.

Tonus Evangelii. p. 21.

ALTER TONUS AD LIBITUM




POst hæc autem ro-gá-vit Pi-lá-tum Jo-seph ab A-ri-mathæ-a (e-o



quod esset di-scí-pu-lus Je-su, occúl-tus autem propter me-tum Ju-dæ-ó-



rum), ut tól-le-ret corpus Je-su. Et permí-sit Pi-lá-tus. Ve-nit ergo,



et tu-lit corpus Je-su. Ve-nit au-tem et Ni-co-démus, qui vé-ne-rat



ad Je-sum nocte pri-mum, fe-reus mix-tú-ram myrrhæ, et á-lo- es, qua-si



libras cen-tum. Acce-pé-runt ergo corpus Je-su, et li-ga-vé-runt il-lud



línte- is cum a-romá- ti-bus, sic- ut mos est Ju-dæ- is se-pe- lí- re.




E-rat au-tem in lo-co, u-bi cru-ci- fí-xus est, hortus : et in hor-to



mo-numéntum no-vum, in quo nondum quisquam pó-si- tus e- rat. I- bi



ergo propter Pa-rascé-ven Ju-dæ- ó- rum, qui- a juxta e- rat mo-nu-




méntum, po-su- é- runt Je- sum.



INDEX

DOMINICA IN PALMIS	7
Pars ultima Passionis in tono Evangelii cantanda	20
Tonus Evangelii	21
— — Alter Tonus ad libitum.	21
FERIA III. MAJORIS HEBDOMADÆ	23
Pars ultima Passionis in tono Evangelii cantanda	33
Tonus Evangelii	21
— — Alter Tonus ad libitum.	33
FERIA IV. MAJORIS HEBDOMADÆ	35
Pars ultima Passionis in tono Evangelii cantanda	45
Tonus Evangelii	21
— — Alter Tonus ad libitum.	45
FERIA VI. IN PARASCEVE	1*
Pars ultima Passionis in tono Evangelii cantanda	12*
Tonus Evangelii	21
— — Alter Tonus ad libitum	12*



Mutationes in cantu Passionis post Decretum generale quo Liturgicus Hebdomadæ Sanctæ ordo instauratur

PRÆNOTANDA

(Ex Ordine Hebdomadæ Sanctæ instaurato)

Absoluta lectione epistolæ, ponuntur in latere evangelii, in plano presbyterii, legilia nuda, et proceditur ad cantum vel lectionem historię passionis Domini, hoc modo :

Cantatur vel legitur a ministris saltem in ordine diaconatus constitutis, qui, comitantibus duobus acolythis, [vel ministrantibus], absque luminaribus et absque incenso, veniunt ante altare, ibique, super infimum gradum genuflexi, profunde inclinati, submissa voce recitant, uti moris est, Munda cor meum. ac petunt a celebrante benedictionem, dicentes Jube, domne, benedicere. Celebrans, ad eos versus, media voce respondet :

Dóminus sit in córdibus vestris, et in lábiis vestris, ut digne et competénter annuntiétis evangélium suum : in nómine Patris, et Filii, ✠ et Spíritus Sancti. Et illi dicunt : Amen.

Postea, una cum acolythis, [seu ministrantibus], faciunt reverentiam, et accedunt ad legilia ; non signant librum, nec seipsos, dum cantare vel legere incipiunt.

[Sacerdos, lecto graduali et tractu, dicit more solito, in medio altaris, Munda cor meum, Jube, Dómine, et Dóminus sit in corde meo.

Tunc, in latere evangelii, ad altare, legit vel cantat clara voce historiam passionis Domini, sed non signat librum, nec seipsum, dum legere vel cantare incipit].

Hic modus cantandi vel legendi servatur etiam feria III et IV, quando historia passionis Domini cantatur vel legitur.

DOMINICA II PASSIONIS SEU IN PALMIS

Cantus evangelii passionis Domini, sicut notatur supra, exceptis initio et fine, prout hic sequitur.

Passio Domini nostri Jesu Christi secundum Matthæum

Omissis deinde versibus Matth. 26, 1-35, incipitur hoc modo :

In illo témpore : Venit Jesus cum discipulis suis in villam, quæ dicitur Gethsémani. et continuatur ut supra notatur, p. 10, linea 1.

Protrahitur autem cantus usque ad finem totius lectionis ; nec distinguitur, sicut prius, pars ultima, tono evangelio proprio cantanda.

Clauditur cantus, omissis ultimis verbis quæ nunc habentur, hoc modo :

Et advólvit saxum magnum ad óstium monuménti, et ábiit. p. 18 circa finem.

FERIA TERTIA HEBDOMADÆ SANCTÆ

Cantus evangelii passionis Domini, prout sequitur :

Passio Domini nostri Jesu Christi secundum Marcum

Omissis deinde versibus Marc. 14, 1-31, incipitur hoc modo :

In illo tempore : Jesus et discipuli ejus veniunt in prœdium, cui nomen Gethsémani.
et continuatur ut notatur, p. 25, linea 9.

Protrahitur autem cantus evangelii passionis usque ad finem totius lectionis ; nec distinguitur, sicut prius, pars ultima, tono evangelio proprio cantanda.

FERIA QUARTA HEBDOMADÆ SANCTÆ

Cantus evangelii passionis Domini, prout sequitur :

Passio Domini nostri Jesu Christi secundum Lucam

Omissis deinde versibus Luc. 22, 1-38, incipitur hoc modo :

In illo tempore : Egressus Jesus ibat secundum consuetudinem in montem Olivarum.
et continuatur ut notatur, p. 36, circa finem.

Protrahitur autem cantus usque ad finem totius lectionis ; nec distinguitur, sicut prius, pars ultima, tono evangelio proprio cantanda.

FERIA SEXTA
IN PASSIONE ET MORTE DOMINI

Cantus evangelii passionis Domini sicut notatur p. 1-11*, excepto fine. Protrahitur autem cantus evangelii passionis usque ad finem totius lectionis ; nec distinguitur, sicut prius, pars ultima, tono evangelio proprio cantanda.*

IMPRIMATUR

Tornaci, die 11 Octobris 1956

✠ JULIUS LECOUVET Vic. gen.

Omnia jura vindicabimus in universam nostram excogitandi scribendique rhythmici rationem.

DESCLÉE & SOCI, Tornaci (Belg.)